


PSALMUS 101


EXSULIS VOTA ET PRECES

Consolatur nos Deus in omni tribulatione nostra (2 Cor 1, 4).

Ps 101, 2

(112/99)

Ia 

C 

Lamor me- us- ad te vé- ni- at, De- us. E u o u a e.

*St. Neuv. la Fosse
BN cat 12044. f. 37^r*

- D**omine, exáudi oratiónem meam, *
et clamor meus ad te veniat.
- Non abscondas fáciem tuam a me; †
in quacúmque die tríbulor, *
inclína ad me aurem tuam.
- In quacúmque die invocávero te, *
velóciter exáudi me.
- Quia defecérunt sicut fumus dies mei, *
et ossa mea sicut crémium aruerunt.
- Percússum est ut fenum et aruit cor meum, *
étenim oblitus sum comédere panem meum.
- A voce gemitus mei *
adhæsit os meum carni meæ.
- Símilis factus sum pellicáno solitúdinis, *
factus sum sicut nyctícorax in ruinis.
- Vigilávi *
et factus sum sicut passer solitárius in tecto.
- Tota die exprobrábant mihi inimíci mei, *
exardescéntes in me per me iurábant.
- Quia cínerem tamquam panem manducábam *
et potum meum cum flétu miscébam,
- a fácie iræ et increpatiónis tuæ, *
quia élevans allisísti me.
- Dies mei sicut umbra declinavérunt, *
et ego sicut fenum arui.
- Tu autem, Dómine, in ætérnum pérmanes, *
et memoriále tuum in generatiónem et generatiónem.
- Tu exsúrgens miseréberis Sion, †
quia tempus miseréndi eius, *
quia venit tempus,
- quóniam placuérunt servis tuis lápides eius *
et púlveris eius miseréntur.

- Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine, *
 et omnes reges terræ glóriam tuam,
 quia ædificávit Dóminus Sion *
 et apparuit in glória sua.
- Respéxit in oratió⁷nem inopum *
 et non spreuit precem eórum.
- Scribántur hæc pro generatió⁷ne áltera, *
 et pópulus qui creábitur, laudábit Dó⁷minum.
- Quia prospéxit de excé⁷lso sanctuá⁷rio suo, *
 Dóminus de cælo in terram aspéxit,
 ut audíret gémitus compeditórum, *
 ut sólveret filios mó⁷rtis;
 ut annúntient in Sion nomen Dómini *
 et laudem eius in Ierúsalem,
 cum congregáti fúerint pópuli in unum *
 et regna, ut sérviant Dó⁷mino.
- Humiliávit in via virtútem meam, *
 abbreviávit dies méos.
- Dicam: «Deus meus, †
 ne áuferas me in dimí⁷dio diérum meórum; *
 in generatió⁷nem et generatió⁷nem sunt anni tui.
- Iní⁷tio terram fundásti; *
 et ópera mánuum tuárum sunt cæli.
- Ipsi períbunt, tu autem pérmanes; †
 et omnes sicut vestiméntum veteráscent, *
 et sicut opertórium mutábis eos, et mutabú⁷ntur.
- Tu autem idem ipse es, *
 et anni tui non deficiént. *scilicet in E. P. et Spiritu Sancto
 31 Sicut*
- Fílii servórum tuórum habitábunt, *
 et semen eórum in conspéctu tuo firmábitur.»

PSALMUS 102

[H II/138] v. 21, 22

Be-ne-dí-ci-te Dó-mi-no óm-nes vir-tú-tes e-íus,
 be-ne-dí-ci-te mi-ri-sti e-íus qui fá-ci-tis vo-lun-ta-tem
 e-íus, be-ne-dí-ci-te Dó-mi-no. E u o o u a e

*Karlsruhe S. Georg / E 611
 St. Haar / W. f. 596*

1. **B**enedic, ánima mea, Dómino *
 et ómnia quæ intra me sunt, nómini sáncto éius.
2. **B**enedic, ánima mea, Dómino, *
 et noli oblivísci omnes retributiónes éius.
3. Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis, *
 qui sanat omnes infirmitátes túas;
4. qui rédimít de intéritu vítam tuam, *
 qui corónat te in misericórdia et miseratió-nibus;
5. qui replet in bonis ætatem tuam: *
 renovábitur ut áquilæ iuventus túa.
6. Fáciens iustítias Dóminus *
 et iudícium ómnibus iniúriam patiéntibus.
7. Notas fecit vias suas Móysi, *
 filiis Israel adinventiones súas.
8. Miserátor et miséricors Dóminus, *
 longánimis et multæ miséricórdiæ.
9. Non in perpétuum conténdet, *
 neque in ætérnum irascétur.
10. Non secúndum peccáta nostra fecit nobis, *
 neque secúndum iniquitátes nostras retríbuit nóbis.
11. Quóniam, quantum exaltátur cælum a terra, *
 præuáluit misericórdia eius super timéntes eum;
12. quantum distat ortus ab occidén-te, *
 longe fecit a nobis iniquitátes nostras.
13. Quómodo miserétur pater filiórum, *
 misértus est Dóminus timéntibus se.

- 17 Quóniam ipse cognóvit figméntum nóstrum; * (Vervolg 102)
recordátus est quóniam púlvis súmus.
- 18 Homo sicut fenum dies éius, *
tamquam flos agri sic efflorébit.
- 19 Spirat ventus in illum, et nón subsístet, *
et non cognóscet eum ámplius lócus éius.
- 20 Misericórdia autem Dómini ab ætérno †
et usque in ætérnum super timéntes eum; *
et iustítia illíus in fílios filiórum,
- 21 in eos, qui servant testaméntum eius *
et mémores sunt mandatórum ipsíus ad faciéndum éa.
- 22 Dóminus in cælo parávit sedem suam, *
et regnum ipsíus ómnibus dominábitur.
- 23 Benedícite Dómino, omnes ángeli eius, †
poténtes virtúte, faciéntes yérbum illíus *
in audiéndo vocem sermónum éius.
- 24 Benedícite Dómino, omnes virtútes éius, *
minístri eius, qui fáctis voluntátem éius.
- 25 Benedícite Dómino, ómnia ópera eius, †
in omni loco dominatiónis éius. *
Benedic, ánima méa, Dómino.

23 G.P. et Spirítui Sancto
24 Sicut (A-mea)

PSALMUS 103 A

HYMNUS AD DOMINUM CREATOREM

Si quis ergo in Christo nova creatura; vetera transierunt, ecce, facta sunt nova (2 Cor 5, 17).

HI/99 [PSM 236]

A.VIII C V. I


- 11 Qui emittis fontes in torrentes; *
inter medium montium pertransibunt,
12 potabunt omnes bestias agri, *
extinguent onagri sitim suam.
13 Super ea volucres caeli habitabunt, *
de medio ramorum dabunt voces.
14 Rigas montes de cenaculis tuis, *
de fructu operum tuorum satias terram.
15 Producis fenum iumentis, *
et herbam servituti hominum,
16 educens panem de terra *
et vinum, quod laetificat cor hominis;
17 exhilarans faciem in oleo, *
panis autem cor hominis confirmat.
18 Saturabuntur ligna Domini *
et cedri Libani, quas plantavit.
19 Illic passeret nidificabunt, *
erodii domus in vertice earum.
20 Montes excelsi cervis, *
petrae refugium hyracibus.
21 Fecit lunam ad tempora signanda, *
sol cognovit occasum suum.
22 Posuisti tenebras, et facta est nox: *
in ipsa reptabunt omnes bestiae silvae,
23 catuli leonum rugientes, ut rapiant *
et quaerant a Deo escam sibi. 26 G.P. et Spiritui Sancto.
24 Oritur sol, et congregantur, * 27 Sicut
et in cubilibus suis recumbunt.
25 Exit homo ad opus suum *
et ad operationem suam usque ad vesperum.

PSALMUS 103 B


HYMNUS AD DOMINUM CREATOREM

[Et. G. n. # 35] J. Clavier

E
Q



Uam magni-fi- cá-ta sunt ó-pe-ra tú-a, Dómi-ne. (v. 24)



Et non repetitur in psalmo.

Ord. Rom. 2
Bibl. lib. n. 29988

f. 44


- 1 [Q Uam multiplicáta sunt ópera tua, Dómine! †]
Omnia in sapiéntia fecísti, *
impléta est terra creatúra túa.
- 2 Hoc mare magnum et spatiósum et latum: †
illic reptília, quorum non est númerus, *
animália pusílla cum mágnis;
- 3 illic naves pertransíbunt, *
Leviáthan, quem formásti ad ludéndum cum eo.
- 4 Omnia a te exspéctant, *
ut des illis escam in tēmpore suo.
- 5 Dante te illis, cōlligent, *
aperiēte te manum tuam, implebūntur bonis.
- 6 Avertēte autem te fáciem, turbabūntur; †
aúferes spíritum eórum, et deficiēt *
et in púlverem suum révertēntur.
- 7 Emíttes spíritum tuum, et creabūntur, *
et renovábis fáciem terræ. —
- 8 Sit glória Dómini in sǽculum; *
lætétur Dóminus in opéribus súis.
- 9 Qui réspicit terram et facit eam trémere, *
qui tangit montes, et fúmígant.
- 10 Cantábo Dómino in vita mea, *
psallam Deo meo quāmdiú sum.
- 11 Iucúndum sit ei elóquium meum, *
ego vero delectábor in Dómino.
- 12 Deficiant peccatóres a terra †
et iníqui, ita ut non sint. *
Bénedic, ánima mea, Dómino.

13 G.P. et Spíritui Sancto
14 Sicut Sǽculum. Amen

PSALMUS 104 A

[HI/45] DOMINUS PROMISSIONIBUS FIDELIS

Apostoli gentibus manifestant mirabilia Dei in adventu eius v. 3




Lætétur cor quærénti- um Dóminum. E u o u a e.

- 1 **C**ónfitémini Dómino et invocáte nomen éius, *
annuntiáte inter gentes ópera éius. = *Karlsruhe 271^r*
- 2 Cantáte ei et psállite éi, *
meditámini in ómnibus mirabílibus éius. = *Aug. P. LX, St. Maur. la. 151^s, BN lat 12044, 37^r*
- 3 Laudámini in nómine sancto éius, *
lætétur cor quæréntium Dóminum.
- 4 Quæríte Dóminum et poténtiam éius, *
quæríte fáciem eius sémper.
- 5 Mementóte mirabílium eius, quæ fécit, *
prodígia eius et iudícia oris éius:
- 6 semen Abraham, servi éius, *
fílii Iacob, elécti éius.
- 7 Ipse Dóminus Deus nóster; *
in univér^a terra iudícia éius.
- 8 Memor fuit in sæculum testaménti sui, *
verbi, quod mandávit in mille generatiónes,
- 9 quod dispósuit cum Abraham, *
et iuraménti sui ad Isaac.
- 10 Et státuit illud Iacob in præceptum *
et Israel in testaméntum ætérnum
- 11 dicens: «Tibi dabo terram Chánaan *
funiculum hereditátis véstræ».
- 12 Cum essent número brévi, *
paucíssimi et peregríni in éa
- 13 et pertransírent de gente in géntem *
et de regno ad pópulum álterum,
- 14 non permísit hómíⁿem nocére eis *
et corrípuit pro eis réges:
- 15 «Nolíte tângere christos méos *
et in prophétis meis nolíte malignári.»
- 16 Et vocávit famem super térram *
et omne báculum panis contrívit.
- 17 Misit ante eos vírum, *
in servum venúmdatus est Ióseph.
- 18 Strinxérunt in compédibus pedes éius, *
in ferrum intrávit collum éius,
- 19 donec veníret verbum éius, *
elóquium Dómini purgáret éum. = *13 G.P. et Spiritui*
- 20 Misit rex et solvit éum, * = *24 Sicut*
princeps populórum, et dimisit éum;
- 21 constituit eum dóminum domus súæ *
et príncipem omnis possessiónis súæ,
- 22 ut erudíret príncipes eius sicut semetípsum *
et senes eius prudéntiam docéret.

PSALMUS 105 A


[HI/100] BONITAS DOMINI ET POPULI INFIDELITAS PsM 243

Haec scripta sunt ad correptionem nostram, in quos fines saeculorum devenerunt (1 Cor 10, 11).



V

I-si-ta nos, Dómine, * in salu-tá-ri tu-o.



E u o u a e.

- 1 C Onfitémini Dómino, quóniam bonus, *
quóniam in saeculum misericórdia eius.
- 2 Quis loquétur poténtias Dómini, *
audítas fáciét omnes laudes eius?
- 3 Beáti qui custódiunt iudícium *
et fáciunt iustítiam in ómni témpore.
- 4 Meménto nostri, Dómine, in beneplácito pópuli tui, *
vísitá nos in salutári tuo,
- 5 ut videámus bona electórum tuórum, †
ut lætémur in lætítia gentis tuæ, *
ut gloriémur cum hereditate tua.
- 6 Peccávimus cum pátribus nostris, *
iniúste égimus, iniquitatem fécimus.
- 7 Patres nostri in Ægýpto non intellexérunt mirabília tua, †
non fuérunt mémores
multitúdinis misericordiárum tuárum *
et irritavérunt ascendéntes in mare, mare Rubrum.
- 8 Et salvávit eos propter nomen suum, *
ut notam fáceret poténtiam súam.
- 9 Et incrépuit mare Rubrum et exsiccátum est, *
et dedúxit eos in abýssis sicut in desérto.
- 10 Et salvávit eos de manu odiéntis *
et redémit eos de manu inimíci.
- 11 Et opéruit aqua tribulántes eos: *
unus ex eis non remánsit.
- 12 Et credidérunt verbis eius *
et cantavérunt laudem eius.


- 13 Cito obliti sunt operum eius *
et non sustinuerunt consilium eius;
14 et concupierunt concupiscentiam in deserto *
et tentaverunt Deum in inaquoso.
15 Et dedit eis petitionem ipsorum *
et misit saturitatem in animas eorum.
16 Et zelati sunt Moysen in castris, *
Aaron sanctum Domini.
17 Aperta est terra et deglutivit Dathan *
et operuit super congregationem Abiram.
18 Et exarsit ignis in synagoga eorum, *
flamma combussit peccatores.
19 Et fecerunt vitulum in Horeb *
et adoraverunt sculptile;
20 et mutaverunt gloriam suam *
in similitudinem tauri comedentis fenum.
21 Obliti sunt Deum, qui salvavit eos, *
qui fecit magna in Aegypto,
22 mirabilia in terra Cham, *
terribilia in mari Rubro.
23 Et dixit quia disperderet eos, *
nisi affuisset Moyses electus eius:
24 stetit in confractione in conspectu eius, *
ut averteret iram eius, ne destrueret eos.
25 Et pro nihilo haberunt terram desiderabilem, *
non crediderunt verbo eius.
26 Et murmuraverunt in tabernaculis suis, *
non exaudierunt vocem Domini.
27 Et elevavit manum suam super eos, *
ut prosterneret eos in deserto
28 et ut deiceret semen eorum in nationibus *
et dispergeret eos in regionibus.
29 Et adhaserunt Beelphegor, *
et comederunt sacrificia mortuorum;
30 et irritaverunt eum in adventionibus suis, *
et irrupit in eos ruina.
31 Et stetit Phinees et fecit iudicium, * 33 C.P. et Spiritui
et cessavit quassatio, 34 Sicut
32 et reputatum est ei in iustitiam, *
in generationem et generationem usque in sempiternum.

PSALMUS 105 B

BONITAS DOMINI ET POPULI INFIDELITAS

ISM 116

Haec scripta sunt ad correptionem nostram, in quos fines aeculorum devenerunt (1 Cor 10, 11).




Benedic- tus De- us Isra- el. E u o u a e.

- 1 **E**T irritavérunt eum ad aquas Meríba, *
et vexátus est Móyses propter eos,
- 2 quia exacerbavérunt spíritum eius, *
et témere locútus est in lábiis súis.
- 3 Non disperdidérunt gentes, *
quas dixit Dóminus íllis.
- 4 Et commíxti sunt inter gētes *
et didicérunt ópera eórum.
- 5 Et serviérunt sculptílibus eórum, *
et factum est illis in scándalum.
- 6 Et immolavérunt fílios súos *
et fílias suas dæmóniis.
- 7 Et effudérunt sánguinem innocéntem, †
sánguinem filiórum suórum et filiárum suárum, *
quas sacrificavérunt sculptílibus Chánaan.
- 8 Et infécta est terra in sanguínibus, †
et contamináti sunt in opéribus súis *
et fornicáti sunt in adinventiōnibus súis.
- 9 Et exársit ira Dóminus in pópulum suum *
et abominátus est hereditátem suam
- 10 et trádedit eos in manus géntium, *
et domináti sunt eórum qui odérunt eos.
- 11 Et tribulavérunt eos inimíci eórum, *
et humiliáti sunt sub mánibus eórum.
- 12 Sæpe liberávit eos; †
ipsi autem exacerbavérunt eum in consílio suo *
et corruérunt in iniquitatibus súis.
- 13 Et vidit tribulatiónem eórum, *
cum audívit clamórem eórum.
- 14 Et memor fuit testamenti sui *
et pænítuit eum
secúndum multítudinem misericórdiæ suae.
- 15 Et dedit eos in miseratiónes *
in conspéctu ómnium qui captívos dúxerant eos.
- 16 Salvos nos fac, Dómine Deus nóster, *
et cóngrega nos de natiónibus,
- 17 ut confiteámur nómini sancto tuo * *19 G.P. et Spírítui*
et gloriémur in laude tua. *20 Sicut*
- 18 Benedíctus Dóminus Deus Israel †
a sæculo et usque in sæculum. *
Et dicet omnis pópulus: «Fiat, fiat».

PRO LIBERATIONE GRATIARUM ACTIO

Verbum misit Deus filiis Israel, annuntians pacem per Iesum Christum (Act 10, 36).

Ps M 247



Con-fi-te-antur Dómino mi-se-ri-córdi-ae e-ius. Eu o u á e.


1 **C**onfitémini Dómino, quóniam bónus, * *Antiph. Anbr. di S. Laurentia in Muggiasca, 1388*
 quóniam in sáeculum misericórdia eius. *(pars restiva f. 552)*

2 Dicant, qui redépti sunt a Dómino, *

3 et de regiónibus congregávit eos, †

a solis ortu et occásu, *

ab aquilóne et mári.



4 Erravérunt in solitúdine, in inaquóso, *
 viam civitátis habitatiónis non invenérunt.

5 Esuriéntes et sitiéntes, *
 ánima eórum in ipsis defécit.

6 Et clamavérunt ad Dóminum, cum tribularéntur, *
 et de necessitatibus eórum erípuit eos.

7 Et dedúxit eos in viam réctam, *
 ut irent in civitátem habitatiónis.

8 Confiteántur Dómino propter misericórdiam eius *
 et mirábilia eius in filios hóminum,

9 quia satiávit ánimam sitiéntem *
 et ánimam esuriéntem replévit bonis. —

10 Sedéntes in ténebris et umbra mórtis, *
 vincti in mendicitáte et ferro,

11 quia exacerbavérunt elóquia Déi *
 et consílium Altíssimi spreverunt.

12 Et humiliávit in labóribus cor eórum, *
 infirmáti sunt, nec fuit qui adiuváret.

13 Et clamavérunt ad Dóminum, cum tribularéntur, *
 et de necessitatibus eórum liberávit eos.

14 Et edúxit eos de ténebris et umbra mortis *
 et víncula eórum dirúpit.

15 Confiteántur Dómino propter misericórdiam eius *
 et mirábilia eius in filios hóminum,

16 quia contrívit portas aéreas *
 et vectes férreos confrégit.

17 Stulti facti sunt in via iniquitátis súæ *
 et propter iniustítias suas afflícti sunt;

18 omnem escam abomináta est ánima eórum, *
 et appropinquavérunt usque ad portas mórtis.

19 Et clamavérunt ad Dóminum, cum tribularéntur, *
 et de necessitatibus eórum liberávit eos.

20 Misit verbum suum et sanávit eos *
 et erípuit eos de interitióribus eórum.

21 Confiteántur Dómino propter misericórdiam eius *
 et mirábilia eius in filios hóminum,

22 et sacrificent sacrificium láudis *
 et annúntient ópera eius in exsultatióne.

23 G. P. et Spiritu Sancto

24 Sicut

[H I/100]

PSALMUS 106B

(46)

C₂



D

E necessi-tá-tibus me-is * lí-be-ra nos, Dómine.

1 QUI descéndunt mare in návíbus, *
faciéntes operatió-nem in aquis múltis,2 ipsi vidérunt ópera Dómini *
et mirabília eius in profúndo.3 Dixit et excitávit spírítum procéllæ, *
et exaltáti sunt fluctus eius.4 Ascéndunt usque ad cælos †
et descéndunt usque ad abýssos; *
ánima eórum in malis tabescébat.5 Turbáti sunt et moti sunt sicut ébrius, *
et omnis sapiéntia eórum devoráta est.6 Et clamavérunt ad Dóminum, cum tribularéntur, *
et de necessitátibus eórum edúxit eos.7 Et státuit procéllam eius in aúram, *
et tacuérunt fluctus eius.8 Et lætáti sunt quia siluérunt, *
et dedúxit eos in portum voluntátis eórum.9 Confiteántur Dómino propter misericórdiam eius *
et mirabília eius in filios hóminum,10 et exáltent eum in ecclésia plébis *
et in convéntu seniórum laudent eum.11 Pósuit flúmina in desértum *
et éxitus aquárum in sitim,12 terram fructíferam in salsúginem *
a malítia inhabitántium in éa.13 Pósuit desértum in stagna aquárum *
et terram sine aqua in éxitus aquárum.14 Et collocávit illic esuriéntes, *
et constituérunt civitátem habitatió-nis.15 Et seminavérunt agros et plantavérunt véneas *
et fecérunt fructum in provéntum súum.16 Et benedíxit eis, et multiplicáti sunt nímis, *
et iuménta eórum non minorávit.17 Et pauci facti sunt et vexáti sunt *
a tribulatió-ne malórum et dolóre.18 Effúdit contemptió-nem super príncipes *
et erráre fecit eos in desérto ínvio.19 Et suscepit páuperem de inópia *
et pósuit sicut oves famílias.20 Vidébunt recti et lætabúntur *
et omnis iníquitas oppilábit os súum.21 Quis sápiens, et custódi-et hęc *
et intélleget misericórdias Dómini?

22 GP. et spírítui Sácto

23 Sicut



Karlsruhe Perg. LX, f. 271^r
Skt. Lambrecht, E-611, 151^r